

L. M.

378

77.

2295

Joannis Cādidī
Venlonēsis super
obsidione Venlonis soluta
De saphica

Bibl. publ. civ. Trev.

Xy

8

696

Xy 696

Joannes Cădidus Venlonēsis liberaliū studiorum
prestātissimis magistris Theodorico Nouimagici. et
Rutgero Venlonēsi Philosophis ac Theologis. non
vulgari eruditione preeditis Salutē plurimā dicit.

Quod pietate in patriā ductus. cōterranei humanissimi
sup eius soluta obsidione Saphicū lusi carnē. his dieb
chartaceo situ expurgatū. et utcūq; recognitum. vestro
nomini dicare. ac in lucē emittere cōstitui. Nō equidem
dubito id vobis iucundū fore. cū et patrie sitis amātissimi. et a mu
sica modulatiōe nō abhorreatis. longe ab illo dissentientes supercil
oso hoim genere. quod nimis suis deditū studijs. aliena omnino
despicatur Quod si quis fortasse hostes a me fediorib; interdū epi
thetis notatos. iniquo feret animo. rei veritatē iusto estimans exa
mine. crudelia illorū facinora perpēdat. et mihi nō patrie mō amo
re. sed poetico etiā furore concitato facile veniā dabit spero Valete
preceptores mei cū primis obseruādi. et hoc quicquid est. facite bo
ni consilatis Monasterij pridie nonas Aprilis. Anno salutis no
stre. M. D. .xij.

**¶ Joannis Candidi Uenlonensis super obsidione
Uenlonis soluta Oda sapphica**

Arma belgarum trucium repulsa

Uiq; defensam cano ciuitatem

Et sycamborum validis fugatum

Uiribus hostem

Gloriam rerum fer opem canenti

Pulchra gestarum. facilisq; nostro

Larmini spira. timidumq; vatem

Dirige Elio

Quam vocant terram modo Belriensem

Oppidum est eius. liquidi quod vnda

Alluit Mose Bathauos petentis

Nomine Uenlo

Unde non longe pia Ruremunda

Distat. in quorum medio videtur

Colle castellum vltioris ripa

fluminis altum.

Quod potens bello possuisse, Drusus

Dicitur Rhenum simul et Uirgin

Quiq; munitis decorauit olim

Arcibus Albin

Templa Uenloni superis dicata

Maximo sumptu. vario nitore

Lesa sunt magne supereminentes

Moenia turres

Que cauis fossis operosa cingit

Aggerum inoles. et amenus amnis

Cuius in portu retinet ducentas

Anchora nauis.

His solent ciues. vbi pax vagari

Laeta permittit. opibus potentes

Ferre diuersas peregrina passim

Per loca merces

Sunt domus culte populo frequenti

Est forum rebus bene distrahendis

Congruum. iustos capit expolita

Luria patres

Conuenit plebi bene cum senatu

Nil. nisi rectum. quod et vniuersis

Ciuiibus prestat lucra. consulenti

Absq; tumultu

Forma matronis speciosa supra

Qua potest dici. nihil impudicum

Unde fit proles similis parentum

Integra vite

Pensa dat prudens teneris puellis

Mater. et primos modico labore

Impetus frangit. mala ne ministrent

Otia luxum

Dec acu pingit phrygios amictus

Artifex virgo. releuata cantu

Illa percurrit tenues sonaci

Pectine telas

Litteras primū pueri docentur
Deinde vel pergunt iter institutum
Et vacāt sacre studijs Minerue
Pectore toto
Vel refirmāt sua militari
Membra. tractātes et equos et arma
Gallicā aut linguā. variāq; discunt
Protinus artes
Dine viri rerum bene sunt periti
Callidi. fortes. patientiaq;
Pediti. et dulcem patrie parati
fundere vitā
Quos nihil nuper truculentus hostis
Terruit. cedem minitās atrocem
Lopijs muros licet obsideret
Undiq; magnis
Ille regnandi stimulatus oestro
Patria pulsus ditione venit
Regulum terre Charolum bathaus
Zutphanicq;
Duxit armatos Morinos in agrum
Gelic. gentem veteris Vatucae
Nervios cum Bethasij Britannos
Aequore vectos
Ille Burgundos simul Ambianos
Peditos magnis opibus Brabantos
Atq; Lorandos pariter coegit

Martis in arma

Diuites ferro et populatus igni
Diruit pagos furibundus hostis
Brebbiam cepit violenter arcem

Lede cruentus;

Lepitet Stralen sed aquosa tutos
Selriemuros loca reddidere
Et paludosis sua iam sycambris

Profuit ora

Mouit hinc retro sua castra **M**osam
Uersus. humani sitiens cruoris
Et tua obsedit vario paratu

Moenia **U**enlo

Sidus **A**strae numerante phebō
Septimo. septembris vbi **C**alendas
Secula ter quinq; vndecimus salutis

Pelleret annus

Huc graues magno strepitu boardas
Ferreas sphaeras. ruitura turreis
Saxa. nitrato quoq; plena venit

Pulvere vasa

Pro nefas. quisquis fuit ille primus
Loncuti qui fulmineo per auras
Machinis nuper docuit repertis

Saxa rotatu

Lemnij fabri famulus. cyclopum
Frater. aut diui soboles marini

Artifex mortis mala mille toti

Intulit orbi

Nemo ballistisq; phalericisq;

Uticur. nullis aries minatur

Oppidis. omnis vetus exoleuit

Machina belli

Scena bombardis unitata solis

Ars Iouis fulmen tonitruq; vastum

Enecat densas hominum phalangas

Diruit arces

Dives hac utens opibus Brabantus

Turribus murisq; grauem ruinam

Et deo regi superum dicat

Intulit aedi

Impium diuos genus execratur

Nec lacris parcat. spoliat sacella

Templa subuertit. vitiatq; ceca

Mentepuellas

At pauefacti nihil oppidani

Muniunt sese cruce christiana

Et preces fundunt tibi supplicantes

Dulcis Iesu

Christereq; regum. moderatoz orbis

Absq; te scimus nihil esse tutum

Et tua nobis nihil extimendum

Preside dextra

Iusta si nostri patriam tuentis

Reguli causa est. tua si secuti
Iussa. fortunas animo caducas
Spernimus alto
Jam tuam nobis seropem creator
Daq; virtutem. nimis heu profanum
Nunc vta nostris procul arceamus
Membus hostem
Fac locum votis precibusq; nostris
Maximi regis generosa mater
Teq; Martine o venerande sinus
Presule tuti
Eorde sic casto superos precati
Aeneis quicquid labefactat audax
Belga tormentis. reparant laborem
Haud fugientes
Nocte clam missi pedites ducenti
Afferunt nitrum. noua spes oborta
Augeb; obsessis animos. negatq;
Esse timendum
Ordinis clari proceres equestris
Et merens auro peditum caterna
Pleb; certatim vnanimi profundunt
Mente cruorem
Sepius portis animosa pubes
Sternit erumpens trepidos Britannos
Et refert secum timidis adempta
Arma Brabantis

Foemine fortes animo virili

Publicam propter pueri salutem

Virgines nullumq; simul recusant

Ferre laborem

Ut lupus pleno insidias ouili

Tendit ad caulas fremebundus ira

Imbre quem fessum rabies edendi

Longa fatigat

Sic furens quam ratione tentet

Doctis ingressum. vario volutat

Plurimas arteis animo. nihilq;

Linqvit inausum

Here iam toruum sonitū canoro

Dant tube clamor sequitur viroꝝum

Jam truces belge caua. iam britanni

Tympana pulsant

Horrido celum strepitu remugit

Martij contra simul arma ciues

Arma conclamant. pariterq; vallum et

Moenia complent

Irruit fossis truculenta turba

Nititur fractum superare vallum

Magna pars scalis properant adactis

Scandere muros

Omne telozum genus oppidani

Acriter scaeuum iaciunt in hostem

Aeq; detrudunt furbunda duris

Pectora contis
Plurimum fundunt picis aestuantis
Calcis ardentis. liquidumq; sulfur
Dis aduruntur nimis efferato
Corde Britanni
Horrida ad vallum steterat vorago
Cui datum nomen fuerat lupine
Duius excepti iacere centum
Fraudibus hostes
Arma non belgis sua profuere
Ferrens thorax. framee minaces
Flexiles arcus. peracuta tela
Noricus ensis
Sepius duro fugiunt repulsi
Marte. nec pugne placet immorari
Longius. frangunt animos frequentis
funera cladis
Ultimi sextodecimo Calendas
Mensis. ingresso modo triste signum
Sole centauri. obsidio soluta
Et fuga facta est
Traeunt rari trepidis Britanni
Nauibus vastum mare. patriamq;
Neruij. hollandi. morini reuisunt
Aeq; Brabanti
Opotens quantum tibi gaudiorum
Venlo prouenit columen decusq;

Bellic. que tum tibi contingere

Premia laudum

Non Numantini mala tot tulere

Nec celebrate fidei Saguntus

Hec sed euicit patiens tuorum

Omnia virtus

Christe qui toti dominaris orbi

Quod procul pulso sumus hoste tuti

Hoc tue totum pietatis omnes

Esse fatemur

O dei mater decus angelorum

Prefulo nostre bone ciuitatis

Gratias vobis agimus. piosq;

fundimus hymnos

Bellico vt tandem posito furore

Alma pax nobis redeat precamur

Nonimus gratum nihil absq; pace

Esse tonanti

Finis hec belli. precium pericli

¶ Ille pax vna est potior triumphis

Pax alit fruges. retinet salutem

Pax nutrit artes

Dacin eterna sine fine vita

Optime ciues patrie fruuntur

Qua ferat nobis superi beatis

Auctor olympi.

¶ Finis

